

- prosperis et adversis non moveri ^(a) non possumus. quamobrem admiror satis inter tantam rerum varietatem et necessitudinem ^(b), sine quibus subsistere hominum vita vix potest, fuisse quendam, ut ferunt, qui rideret semper, et item alium qui semper flere conspiceretur ^(c). que utique signa sunt vinci hominem ^(d) passione, vincere autem perseverantiam passiones. nam illud quidem de Crasso quod scribitur ^(e), nunquam eum risisse, non admodum admiror; fieri enim per virtutem id sine passione poterat; illud magis ab aliis de eodem traditum, scilicet, semel eum in omni vita risisse ^(f).
- 10 nam magnum aliquid esse oportuit, de quo tamen nichil apud nos constat, quod ei risum tunc extorsit. sed ad illos superiores redeo, quorum vite habitum tam diversum probare non possum ^(g), nisi quod ex eadem ferme causa fuisse ita illos affectos arbitror, quod, scilicet, res eis humane omnes vane viderentur atque ideo misere;
- 15 nam vanitas ipsa miseria per se est, et in ea miseria ut audeamus ^(h) magnopere vel ab aliis sperare vel superbire de nobis, ingens est vanitas. itaque istorum alteram ille ridebat, reliquam alter deplorabat. nam, per Deum immortalem, quid est in rebus humanis magnum aut existimatione dignum, ac non potius omnia
- 20 iocus ludusve puerilis, omnia plena miseriis? quot videmus hac etate, tuque per amplius, qui superiorum multorum annorum, quibus vixisti, memoriam tenes, quot, inquam, videmus regna florentia, quot amplas urbes, quot illustres familias, quot opulentissimas domos funditus eversas, ut singulorum hominum casus, qui enumerari
- 25 nequeunt, pretereamus! hic cadit, ille tollitur; unus, maximis virtutibus predictus, iacet abiectus ^(g), alter, sine ullis bonis meritis, inani tamen nominis fama ^(h) suffultus evehitur; hic etate robusta

Laonde si meraviglia assai che vi furono nell'antichità due uomini, dei quali l'uno rideva sempre e l'altro sempre piangeva.

Più singolare ancora è il caso di Crasso,

se vero è che egli rise una sola volta.

Ma l'atteggiamento diverso di quei due, riprovevole com'era, forse si spiega dal senso che avevano della vanità e miseria della vita umana.

E, per verità, non è dedita un giuoco da bambini e piena di miserie?

Negli ultimi anni, quante signorie, città, famiglie, castelli insigni sono totalmente scomparsi, a non far parola delle svariate vicende degli singoli!

(a) *R* movere (b) *R* necessitudines (c) *B* hominum (d) *B* nam illum q. de Crasso qd scribitur (e) *R* nam illud quide de Crasso quod scribitur (f) *R* possem (g) *B* audeamus (h) *R* iacet tamen abiectus (i) *R* favore

(1) Cioè Democrito ed Eraclito. Forse una reminiscenza di SEN. *De ira*, II, x, 5.

(2) Allude a Marco Licinio Crasso detto « Agelastus », avo del triumviro. Cf. PLIN. *Nat. hist.* VII, XIX, 79: « Ferunt Crassum nunquam risisse, ob

« id Agelastum vocatum ». Secondo il detto più elegante di Lucilio, Crasso avrebbe riso una sola volta; cf. CIC. *Tusc.* III, xv, 31: « quem semel ait « in omni vita risisse Lucilius »; *De Fin.* V, xxx, 92; e MACROB. *Saturn.* II, 1, 6.